



## RENNVNCIATIO.

**Q**uod igitur auspicatò fiat, ac in Reipub. & multorum hominum salutem vergat, ego *GREGORIUS HORSTIUS* Med. D. & Profess. p. t. Promotor nomine Collegii nostri ritè designatus, Autoritate Cæsarea legitimè m: h: i concessa, juxta Decretum Collegii Medici ab Amplissimo Senatu Academico consensu unanimi confirmatum, te

*Johannem Hempelium Francosteinensem Silesium*

**M**edicinæ Doctorem creo, renuncio & proclamo, tibi que omnes immunitates, omniaque privilegia Doctoribus Medicis ubi vis terragum concessa tribuo, docendæ, exercendæque Medicinæ potestatem amplissimam facio, in nomine Dei Triuni, Patris, Filii & Spiritus Sancti.

### *Insignium declaratio.*

**J**am salve Domine Doctor, & ea quæ sapiens vetustas ceterum moniarum instar his aetibus addere voluit paucis percipe.

Quod ergo primum est in *Cathedram* hanc sublimem te ascendere jubeo: postquam enim Doctoris titulum consecutus es, re ipsa quoque te Doctorem esse posse demonstro; est enim *cathedra docentium* insigne, quos alios longè præ-